

## Alte Drucke

**C. IVLII || CAESARIS || COMMEN-||TARII. || Quæ in hac  
habeantur editione, sequens || pagella docebit. ||**

**Caesar, Gaius Iulius**

**Lvgdvni, 1534**

C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI LIB. PRIMVS.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150541**

# CIVILII

CAESARIS COMMENTA  
RIORVM DE BEL-  
LO CIVILI LIB.  
PRIMVS.



ITERIS A Fabio C. Caesaris  
Consulibus redditis, ægre ab ijs im-  
petratum est summa tribunorum  
Pleb. contentione, ut in Senatu re-  
citarentur. Vt uero ex literis ad  
Senatum referretur, impetrari non  
potuit. Referunt Consules de rep.

in ciuitate. L. Lentulus Consul Senatui rei q; pub. se non  
defuturum pollicetur, si audacter, ac fortiter sententias di-  
cere uelint: sin Cæsarem respiciant, atq; eius gratiam se-  
quantur, ut superioribus fecerint temporibus, se sibi con-  
siliū capturū, neq; Senatus auctoritati obtemperaturū:  
habere se quoq; ad Cæsaris gratiam, atq; amicitia re-  
ceptū. In eadem sententiā loquitur Scipio, Pompeio esse in  
animo reip. non deesse, si Senatus sequatur: si cunctetur,  
atq; agat lenius, nequicquā eius auxiliū, si postea uelit,  
Senatū imploraturū. Hæc Scipionis oratio, quod Senatus  
in urbe habebatur, Pōpeiusq; aderat, ex ipsius ore Pom-  
peij mitti uidebatur. Dixerat aliquis leniore sententiā: ut  
primo M. Marcellus ingressus in eā orationem, nō opor-  
tere ante de rep. ad Senatum referri, quā delectus tota  
Italia habiti, & exercitus cōscripti essent, quo præsidio,

L. Lentulus  
Consul.

Scipio.  
Pompeius.

M. Marcellus.

q tulo



- tuto & libere Senatus, quæ uellet decernere, auderet: ut
- M. Calidius.** M. Calidius, qui censebat, ut Pōpeius in suas prouincias proficisceretur, ne qua esset armorū causa, timere Cæsare abreptis ab eo duabus legionibus, ne ad eius periculū reseruare, & retinere eas ad urbē Pompeius uideretur: ut
- M. Rufus.** M. Rufus, qui sententiā Calidij paucis serē mutatis uerbis sequebatur. Ii omnes conuitio L. Lentuli Cons. correpti exagitabantur. Lētulus sententiā Calidij pronuntiatorū se omnino negauit. Marcellus perterritus conuitijs à sua sententia discessit. Sic uocibus Cōsulis, terrore præsens exercitus, minus amicorū Pōpeij pleriq; compulsi, inuiti, & coacti Scipionis sententiam sequuntur, uti ante certum diem Cæsar exercitum dimittat: Si nō faciat, eū aduersus remp. facturū uideri. Intercedit M. Antonius, Q. Cæsius
- M. Antonius, Q. Cæsius.** Tr. Pl. Refertur confestim de intercessione Tribunorū, dicuntur sententiæ graues: ut quisq; acerbissime crudelissimēq; dixit, ita quā maxime ab inimicis Cæsaris collaudatur. Misso ad uesperum Senatu, omnes qui sunt eius ordinis à Pōpeio euocātur. Laudat Pōpeius, atq; in posterum cōfirmat: segniores castigat, atq; incitat: multi undiq; ex ueteribus Pōpeij exercitibus, spe præmiorū, atq; ordinū euocātur: multi ex duabus legionibus, quæ sunt traditæ à Cæsare, accersuntur. Cōpletur Vrbs: ad ius comitiarum Tribunos Pl. C. Curio euocat. Omnes amici Cōsulū, necessarij Pōpeij, atq; eorū qui ueteres inimicitias cū Cæsare gerebāt, cogunt in Senatu, quorū uocibus, & cōcursu terretur infirmiores, dubij confirmantur, plerisq; uero libere potestas decernēdi eripitur. Pollicetur L. Piso cēsor se se iturū ad Cæsare. Item L. Roscius prætor, qui de his rebus



rebus eum doceat. Sex dies ad eā rem conficiendā spatij postulant, dicitur etiā à nonnullis sententiā, ut legati ad Cæsarem mittantur, qui uoluntatē Senatus ei proponant: omnibus his resistitur, omnibusq; oratio Cons. Scipionis, Catonis, opponitur. Catonem ueteres inimici Cæsaris incitant, & dolor repulsæ: Lentulus æris alieni magnitudine, & spe exercitus, ac prouinciarū, & regum appellandorū largitionibus mouetur, seq; alterum fore Syllam inter suos gloriatur, ad quem summa imperij redeat. Scipionem eadem spes prouinciæ, atq; exercituum impellit, quos se pro necessitudine partituum cum Pompeio arbitrat: simul iudiciorū metus, adulatio, atq; ostentatio sui, & potentium, qui in rep. iudicijsq; tum plurimum pollebant. Ipse Pompeius ab inimicis Cæsaris incitatus (quod neminem dignitate secū exæquari uolebat) totum se ab eius amicitia auerterat, & cum communibus inimicis in gratiā redierat, quorum ipse maximam partem illo affinitatis tempore adiūxerat Cæsari: simul infamia duarū legionum permotus, quas ab itinere Asiæ, Syriæq; ad suam potentiā, dominatumq; conuerterat, rem ad arma deduci studebat. His de causis aguntur omnia, raptim, atq; turbate, neq; docendi Cæsaris propinquis eius spaciū datur, nec Tribu. Ple. sui periculi deprecādi, neq; etiā extremi iuris intercessionem retinendi, quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur: sed de sua salute die septimo cogitare coguntur, quod illi turbulētissimi superioribus tēporibus Trib. Ple. octauo deniq; mense suarum actionū respicere, ac timere consueuerant. Decurritur ad illud extremū atq; ultimum s. c. quo, nisi penē in ipso urbis incendio,

q 2                      atq;



atq; desperatione omnium salutis, latorum audacia, nun-  
 quam ante discessum est: Dent operam Consules, Pop.  
 Rom. Tribuni Pleb. quiq; Consules sunt ad urbem, ne-  
 quid Resp. detrimenti capiat. Hæc S. C. perscribuntur ad  
 VII. Iduum Ianuarij. Itaq; quinq; primis diebus quibus  
 haberi Senatus potuit, quæ ex die consulatum inijt Len-  
 tulus biduo excepto Comitiali, & de imperio Cæsaris,  
 & de amplissimis uiris Trib. Pl. grauissime acerbissimeq;  
 Trib. pl. ad Cæ- decernitur. Profugiunt statim ex Vrbe Tr. Pl. seseq; ad  
 sarem deficiunt. Cæsarem conferunt. Is eo tempore erat Rauennæ, expe-  
 ctabatq; suis leuissimis postulatis responsa, si qua homi-  
 num æquitate, res ad ocium deduci posset. Proximis die-  
 bus habetur Senatus extra urbem. Pompeius eadem illa,  
 quæ per Scipionem ostenderat, agit. Senatus uirtutem  
 constantiamq; collaudat, copias suas exponit, legiones  
 habere sese paratas x. Præterea cognitum, compertumq;  
 sibi, alieno esse animo in Cæsarem milites, neq; ijs posse  
 persuaderi, uti eum defendant, aut sequantur. Statim de  
 reliquis rebus ad Senatum refertur, tota ut Italia dele-  
 ctus habeatur: Faustus Sylla properc in Mauritaniam  
 mittatur, pecunia uti ex arario Pompeio detur. Refertur  
 etiam de rege Iuba, ut socius sit, atque amicus. Marcellus  
 uero passurum se in præsentia negat. De Fausto im-  
 pedit Philippus Tribunus Pl. De reliquis rebus S. C. per-  
 scribuntur, Prouinciæ priuatis decernuntur: duæ consu-  
 lares, reliquæ pratoriae. Scipioni obuenit Syria: L. Do-  
 mitio Gallia: Philippus, & Marcellus priuato consilio  
 prætereuntur, neq; eorum sortes deiiciuntur. In reliquis  
 prouincias prætores mittuntur: neque expectant, quod  
 superioribus



superioribus annis acciderat, ut de eorum imperio ad populum referatur: paludatiq; uotis nuncupatis exeunt. Consoles (quod ante id tempus acciderat nunquam) ex urbe proficiscuntur: Lictoresq; habent in Vrbe ex capitolio priuatum, contra omnia uetustatis exempla. Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, pecunie à municipijs exiguntur, & è fanis tolluntur: omnia diuina, & humana iura permiscuntur. Quibus rebus cognitis, Cæsar apud milites concionatur: omnium temporum iniurias inimicorum in se commemorat, à quibus & inductum, & deprauatum Pompeium queritur, inuidia, atq; obtestatione laudis suæ, cuius ipse honori, & dignitati semper fauerit, adiutorq; fuerit. Nouum in Rep. introductum exemplum queritur, ut Tribunitia intercessio armis notaretur, atque opprimeretur, quæ superioribus annis armis esset restituta. Syllam, nudata omnibus rebus Tribunitia potestate, tamē intercessionem liberam reliquisse: Pompeium, qui amissam restituisse uideatur, dona etiam, quæ ante habuerat, ademisse. Quotiescunq; sit decretū, darent magistratus operam, ne quid Resp. detrimenti caperet: qua uoce, & quo S. C. populus Romanus ad arma sit uocatus: factum in perniciosis legibus, in uī Tribunitia, in se cessione Populi, tēplis, locisq; editoribus occupatis, atq; hæc superioris ætatis exempla expiata Saturnini, atq; Gracchorum casibus docet, quarum rerum illo tempore nihil factum, nec cogitatum quidem. Nulla lex promulgata, non cum populo agi cœptum, nulla secessio facta. Hortatur cuius imperatoris ductu nouem annis reimp. felicissime gesserint, plurimaq; prelia secunda fece-

Cæsar ad milites concio.



Ariminum.

L. Cæsar et Roscius Pompeius Cæsari purgāt.

Cæsaris postulata.

Voluisse se quod Pop. Ro. beneficiū sibi contumeliā extorqueretur.

rint, omnem Galliam, Germaniamq; pacauerint, ut eius existimationē, dignitatemq; ab inimicis defendant. Conclamant legionis tertiadecimæ, quæ aderat, milites (hanc enim initio tumultus euocauerat, reliquæ nondum conuenerant) sese paratos esse imperatoris sui, Tribunorumq; Pl. iniurias defendere. Cognita militum uoluntate, Ariminum cum ea legione proficiscitur, ibiq; Tr. pl. qui ad eū confugerant, conuenit: reliquas legiones ex hybernis euocat, & subsequi iubet. Eo L. Cæsar adolescens uenit, cuius pater Cæsaris erat legatus. Is reliquo Iernone confectus, cuius rei causa uenerat, habere se à Pompeio, ad eum priuati officij mandata demonstrat, uelle Pompeium se Cæsari purgatum, ne ea quæ reip. causa egerit, in suam contumeliā uertat. Semper se reip. commoda priuatis necessitudinibus habuisse potiora, Cæsarem quoq; pro sua dignitate debere, & studium, & iracundiam suam Reip. dimittere: neq; adeo grauiter irasci inimicis: ne cum illis nocere se speret, Reipub. noceat. Pauca eiusdem generis addit cum excusatione Pompeij coniuncta. Eadem ferē, atque eisdem de rebus prætor Roscius agit cum Cæsare, sibiq; Pompeium commemorasse demonstrat. Quæ res etsi nihil ad leuandas iniurias pertinere uidebantur, tamen idoneos nactus homines, per quos ea, quæ uellet ad eum perferrentur, petit ab utroq; quoniam Pompeij mandata ad se detulerint, ne grauentur, sua quoq; ad eum postulata deferre, si paruo labore magnas controuersias tollerent, atq; omnem Italiam metu liberare possent. Sibi semper Reip. primā fuisse dignitatem, uitāq; potiorem: voluisse se, quod pro beneficio sibi contumeliā ab inimicis extorqueretur.



queretur: ereptoq; semestri imperio, in urbem retraheretur: cuius absentis rationem haberi proximis Comitijis populus iussisset. Tamē hanc honoris iacturam sui Reipub. causa aequo animo tulisse. Cū literas ad Senatum miserit, ut omnes ab exercitibus discederent, ne id quidē impetravisse. Tota Italia delectus haberi: retineri legiones duas, quæ ab se, sumulatione Parthici belli, sint abductæ. Ciuitatem esse in armis. Quo nam hæc omnia, nisi ad suā perniciem pertinere? Sed tamen ad omnia se descendere paratum, atq; omnia pati Reip. causa. Proficiscatur Pōpeius in suas prouincias, ipsi exercitus dimittantur, discendant in Italia omnes ab armis, metus è ciuitate tollatur, libera Comitia, atq; omnis Resp. s. p. q. r. permittatur. Hæc quo facilius, certisq; conditionibus fiant, & iureiurando sanciantur, aut ipse propius accedat, aut se patiatur accedere: fore, uti per colloquia omnes controuersie componantur. Acceptis mādatis Roscius cū L. Cæsare Capuam peruenit, ibiq; Consules, Pompeiumq; inuenit, postulata Cæsaris renuntiat. Illi deliberata respondent, scriptaq; ad eum mandata per eos remittunt, quorum hæc erat summa. Cæsar in Galliam reuerteretur, Arimino excederet, exercitus dimitteret: quæ si fecisset, Pompeium in Hispanias iturum. Interea quoad fides esset data, Cæsarem facturum quæ polliceretur, non intermissuros Consules, Pompeiumq; delectus. Erat iniqua conditio postulare, ut Cæsar Arimino excederet, atq; in Prouinciam reuerteretur. Ipsum & prouincias, & legiones alienas tenere: exercitū Cæsaris uelle dimitti, delectus habere, polliceri se in prouinciam iturum, neq; ante quem diem iturus sit,

q 4

desinire:

Cofs. & Pōpeij  
ad Cæsare man  
data.



definire: ut si peracto Cæsaris consulatu Pompeius profectus non esset, nulla tamen mendacij religione obsistat uideretur: tempus uero colloquio non dare, neq; accessurum polliceri, magnam pacis desperationem afferebat. Itaque ab Arimino M. Antonium cum cohortibus quinque; Aretium mittit. Ipse Arimini cum duabus legionibus subsistit, ibique delectum habere instituit. Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat. Interea certior factus Tignium Thermum prætorem cohortibus quinque; tenere, oppidum munire: omniumq; esse Tigniorum optimam erga se uoluntatem Curionem cum tribus cohortibus, quas Pisauri & Arimini habebat, mittit, cuius aduentu cognito, diffusus municipij uoluntatis Thermus cohortes ex urbe educit, & profugit: milites in itinere ab eo discedunt, ac domum reuertuntur. Curio omnium summa uoluntate Tignium recipit. Quibus rebus cognitis, confusus municipiorum uoluntatibus, Cæsar cohortes legionis XIII. ex præsidijs deducit, Auximumq; proficiscitur, quod oppidum Actius cohortibus introductis tenebat, delectumq; toto Piceno circummissis senatoribus habebat. Aduentu Cæsaris cognito Decuriones Auximi ad Actium Varum frequentes conueniunt, docent sui iudicij rem non esse, neq; se, neq; reliquos municipes pati posse C. Cæsarem imperatorem bene de re. meritum, tantis rebus gestis oppido, mœnibusq; prohiberi, proinde habeat rationem posteritatis, & periculi sui.

Actius Varus. Quorum oratione permotus Actius Varus, præsidium, quod introduxerat, ex oppido educit, & profugit. Hunc ex primo ordine pauci Cæsaris consecuti milites, consistere

Aretium.

Pisaurum.

Fanum.

Ancona.

Tignium.

Auximum.

Actius Varus.

stere



tere cogunt, commissioq; praelio, deseritur à suis Varus,  
 nonnulla pars militum domum discedit, reliqui ad Cæsarem  
 rem perueniunt: atque una cum ijs deprehensus L. Pupp-  
 ius principili Centurio adducitur, qui hunc eundem or-  
 dinem in exercitu Cn. Pompeij antea duxerat. At Cæsar  
 milites Aelianos collaudat, Puppium dimittit: Auximati-  
 bus agit gratias, seq; eorum facti memorem fore pollice-  
 tur. Quibus rebus Roman nuntiatis, tantus repente ter-  
 ror inuasit, ut cum Lentulus consul ad aperiendum ara-  
 rium uenisset, ad pecuniam Pompeio ex Senatusconsulto  
 proferendam, protinus aperto sanctiore arario ex urbe  
 profugeret. Cæsar enim aduentare, iamiamq; adesse eius  
 equites falso nuntiabantur. Hunc Marcellus collega, &  
 pleriq; magistratus consecuti sunt. Cn. Pompeius pridie  
 eius dici ex urbe profectus iter ad legiones habebat, quas  
 à Cæsare acceptas in Apulia hybernorum causa disposue-  
 rat, delectus intra urbem intermittuntur, nihil citra Ca-  
 puam tutum esse omnibus uidetur. Capuæ primū sese con-  
 firmant, & colligunt, delectumq; colonorū, qui lege Iu-  
 lia Capuam deducti erant, habere instituunt: gladiatores-  
 q; quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos  
 Lentulus libertati confirmat, atque ijs equos attribuit, &  
 se sequi iussit: quos postea monitus à suis, quod ea res o-  
 mnium iudicio reprehendebatur, circū familiares conuen-  
 tus Campaniæ, custodiæ causa distribuit. Auximo Cæsar  
 progressus, omnem agrum Picenum percurrit, cunctæ  
 earum regionum Præfecturæ libentissimis animis cum re-  
 cipiant, exercitumq; eius omnibus rebus iuuant: etiam ex  
 Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat, suaq;

L. Puppis.

Lentulus & Mar-  
cellus cōsules fu-  
giunt ex urbe.

Capua.

Cingulū opp.



pecunia exaëdificauerat, ad eum legati ueniunt, quæq; imperauerit, sese cupidissime facturos pollicentur. Milites imperat, mittunt. Interea legio duodecima Casarem con-  
**Asculum opp.** sequitur: cum his duabus Asculum Picenum proficiscitur.  
**Lentulus Spinther.** Id oppidum Lentulus Spinther decem cohortibus tenebat, qui Casaris aduentu cognito, profugit ex oppido, cohortesq; secum abducere conatus, à magna parte militum deseritur. Relictus in itinere, cum paucis incidit in Vibullium Rufum, missum à Pompeio in agrum Picenum, confirmandorum hominum causa, à quo factus Vibullius certior, quæ res in Piceno gererentur, milites, ab eo accipit, ipsum dimittit. Item ex finitimis regionibus, quas potest, contrahit cohortes ex delectibus Pompeianis, in ijs Camerino fugientem Vlcillem Hirum cum sex cohortibus, quas ibi in præsidio habuerat, excipit: quibus coactis, tredecim efficit, cum ijs ad Domitium Aenobarbum Corfinium magnis itineribus peruenit, Casaremq; adesse cum legionibus duabus nuntiat. Domitius per se circiter uiginti cohortes ex Alba, & Meris, & Pelignis, & finitimis ab regionibus coëgerat.  
**Asculum.** Recepto Asculo, expulsoq; Lentulo, Casar conquirit milites, qui ab eo discesserant, delectumq; institui iubet: ipse unum diem ibi rei frumentariæ causa moratus, Corfinium contendit: eò cum uenisset, cohortes quinque præmissæ à Domitio ex oppido pontem fluminis interrumpebant, qui erat ab oppido millia passuum circiter tria. Ibi cum antecursoribus Casaris prælio commisso, celeriter Domitiani à ponte repulsi, se in oppidum receperunt. Casar legionibus traductis ad oppidum



constitit, iuxtaq; murum castra posuit. Re cognita Domitius ad Pompeium in Apuliam peritos regionum, magno proposito premio, cum literis mittit, qui petant, atque orent, ut sibi subueniat, Caesarem duobus exercitibus et locorum angustiis facile intercludi posse, frumentoq; prohiberi: quod nisi fecerit, se cohortesq; amplius triginta, magnumq; numerum senatorum, atque equitum Romanorum in periculum esse uenturum. Interim suos cohortatus tormenta in muris disponit, certasq; cuiq; partes ad custodiã urbis attribuit: militibus in cocione agros ex suis possessionibus pollicetur quadraginta in singulos iugera, et pro rata parte centurionibus euocatisq;. Interim Caesari nuntiat Sulmonenses, quod oppidum à Sulmo Corfinio septem millium intervallo abest, cupere ea facere quae uellet, sed à Qu. Lucretio senatore, et Actio Peligno prohiberi, qui id oppidum septem cohortium presidio tenebant. Mittit eò M. Antonium cum legionis octauae cohortibus quinque. Sulmonenses simulatque nostra signa uiderunt, portas aperuerunt, uniuersi; et oppidani et milites obuiam gratulantes Antonio exierunt. Lucretius,  
Actius. Lucretius et Actius de muro se deiecerunt. Actius ad Antonium deductus, petit, ut ad Caesarem mitteretur: Antonius cum cohortibus et Actio eodem die, quo profectus erat, reuertitur. Caesar eas cohortes cum exercitu suo coniunxit. Actium incolumen dimisit. Caesar tribus primis diebus castra magnis operibus munire, et ex finitimis municipijs frumentum comportare, reliquasq; copias expectare instituit: eò triduo legio octaua ad eum uenit, cohortesq; ex nouis Galliae delectibus xxii. equitesq; à



tesq; à rege Norico circiter trecenti: quorum aduentu altera castra ad alteram oppidi partem ponit. Iis castris Cuirionem praefecit, reliquis diebus oppidum uallo castellisque circummunire instituit, cuius operis maxima parte effecta, eodem ferè tempore missi ad Pompeium reuertuntur. Literis perlectis, Domitius dissimulans, in consilio pronuntiat, Pompeium celeriter subsidio uenturum: hortaturq; eos, ne animo deficiant, quæq; usui ad defendendum oppidum sint, parent. Ipse Arcanè cum paucis familiaribus suis colloquitur, consiliumq; fugæ capere constituit. Cum uultus Domitij cum oratione non consentiret, atq; omnia trepidantius timidiusq; ageret, quàm superioribus diebus consuesset, multumq; cū suis consultandi causa se cretò præter consuetudinem colloqueretur, concilia conuentusq; hominum fugeret, res diutius tegi, dissimulariq; non potuit. Pompeius enim rescripserat sese rem in summum periculum deducturum non esse, neque suo consilio aut uoluntate Domitium se in oppidum Corfinium contulisse. Proinde si qua facultas fuisset, ad se cum omnibus copijs ueniret. Id ne fieri posset obsidione atque oppidi circummunitione fiebat. Diuulgato Domitij consilio, milites qui erant Corfinij prima uesperti secessionem faciunt, atque ita inter se per Tri. militum centurionesq; atq; honestissimos sui generis colloquuntur: obsideri se à Casare, opera munitionesq; propè esse perfectas, Ducem suum Domitium, cuius spe atque fiducia permāserint, proiectis omnibus, fugæ consilium capere, debere se suæ salutis rationem habere. Ab his primo Marfi dissentire incipiunt, eamq; oppidi partem, quæ munitissima uideretur, occupant:

Domitij de fuga consultatio.

comit

pant:



pant: tantâq; inter eos dissensio extitit, ut manum conserere, atque armis dimicare conarentur: post paulo tamen internuntijs ultro citroq; missis, quæ ignorabant de L. Domitij fuga cognoscunt. Itaque omnes uno consilio Domitium productum in publicum circumsistunt, & custodiunt, legatosq; ad Caesarem mittunt, sese paratos esse portas aperire, quæq; imperauerit facere, & L. Domitium uiuum in eius potestatem tradere. Quibus rebus cognitis, Caesar & si magni interesse arbitrabatur, quam primum oppido potiri. cohortesq; ad se in castra traducere, ne qua aut largitionibus, aut animi confirmatione, aut falsis nuntijs commutatio fieret uoluntatis, quod sæpe in bello paruis momentis, magni casus intercederent: tamen ueritus, ne militum introitu, & nocturni temporis licentia, oppidum diriperetur, eos qui uenerant, collaudat, atque in oppidum dimittit, portas, murosq; asseruari iubet: ipse his operibus, quæ facere instituerat, milites disponit, non certis spatijs intermissis, ut erat superiorum dierum consuetudo, sed perpetuis uigilijs stationibusq;, ut contingant inter se, atque omnem munitionem expleant. Trium militum, & prefectos circummittit, atque hortatur, non solum ab eruptionibus caueant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus asseruent: neque eo tam remisso, ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conuinceret: tanta erat summa rerum expectatio, ut nullus in aliam partem mente atque animo traheretur. Quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quosque euentus exciperent. Quar-  
ta uigilia circiter, Lentulus Spinther de muro cum uigilijs  
custodi



custodibusq; nostris colloquitur, uelle si sibi fiat potestas, Caesarem conuenire. Facta potestate, ex oppido mittitur, neque ab eo prius Domitiani milites discedunt, quam in conspectum Caesaris deducatur, cum eo de salute sua orat, atque obsecrat, sibi ut parcat, ueteremq; amicitiam commemorat, Caesarisq; in se beneficia exponit, quae erant maxima, quod per eum in collegium pontificum uenerat: quod prouinciam Hispaniae ex praetura habuerat: quod in petitione consulatus ab eo erat subleuatus. Cuius orationem Caesar interpellat, se non maleficij causa ex prouincia egressum, sed uti se à contumelijs inimicorum defenderet ut Tribunos Ple. ea re ex ciuitate expulsos, ad suam dignitatem restitueret: ut se, & populum Rom. paucorum factione oppressum, in libertatem uindicaret. Cuius oratione confirmatus Lentulus, ut in oppidum reuerti liceat, petit. Quod de sua salute impetrauerit, fore etiam reliquis ad suam spem solatio, adeo esse perterritos nonnullos, ut suae uitae diutius consilere cogantur. Facta potestate discedit. Caesar ubi illuxit, omneis Senatores, senatorumq; liberos, Tribunos militum, equitesq; Romanos ad se produci iubet. Erant Senatorij ordinis L. Domitius, & P. Lentulus Spinther, Vibullius Rufus, Sextus Quintilius, Varus Quaestor, L. Rubrius. Praeterea filius Domitij, alijq; complures adolescentes, & magnus numerus equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipijs Domitius euocauerat, hos omnes productos à contumelijs militum, conuiuijsq; prohibet: pauca apud eos loquitur, quod sibi aperte eorum gratia relata non sit, pro suis in

eos



eos maximis beneficijs: dimittit oēs incolumes H S L X.  
 quod aurum adduxerat Domitius, atque in publicum de-  
 posuerat, allatū ad se ab Duumviris Corfiniensibus, Do-  
 mitio reddit: ne cōtinentior in uita hominum, quā in pe-  
 cunia fuisset uideatur: & si eam pecuniam publicam esse  
 constabat, datamq; à Pompeio in stipendium. Milites Do-  
 mitianos sacramentum apud se dicere iubet, atque eo die  
 castra mouet, iustumq; iter conficit, septem omnino dies  
 ad Corfinium commoratus, & per fines Marrucinorū,  
 Ferentinorum, Larinatum in Apuliam peruenit. Pōpeius  
 his rebus cognitis, quæ erant ad Corfinium gesta, Luce-  
 ria proficiscitur Canusium, atque inde Brundisium, co-  
 pias undique omnes ex nouis delectibus ad se cogi iubet:  
 seruos, pastores armat, atq; his equos attribuit, ex ijs cir-  
 citer trecentos equites conficit. L. Malius prætor Alba  
 cum cohortibus sex profugit. Rutilius Lupus prætor Ta-  
 racina cum tribus, quæ proculequitatum Cæsaris conspi-  
 cate, cui præerat Biuius Curius, relicto prætore, signa ad  
 Curium transferunt, atque ad eum transeunt. Item reli-  
 quis iuuenibus, nōnullæ cohortes in agmen Cæsaris, aliæ  
 in equites incidunt. Reducitur ad eum deprehensus ex  
 iuvene Cn. Magius Cremona præfectus Fabrum Cn.  
 Pompeij, quem Cæsar ad eum remittit cum mandatis,  
 Quontā ad id tempus facultas colloquendi non fuerit,  
 atque ad se Brundisium sit uenturus, interesse Reipub.  
 & communis salutis se cum Pompeio colloqui. Ne-  
 que uero idem perfici longo itineris spatio, cum per alios  
 conditiones ferantur, acsi coram de omnibus conditio-  
 nibus disceptetur. Is datis mandatis, Brundisium cum  
 legio

Cæsar in Apu-  
 liam peruenit.  
 Pompeius Brū-  
 dusium.

L. Malius.

Rutilius Lupus.

Cn. Magius.

Cæsar ad Brū-  
 dusium contra  
 Pompeium.



legionibus sex peruenit. Veteranis quatuor, reliquis quas  
 ex nouo delectu confecerat, atque in itinere compleuerat:  
 Domitianus enim cohortes protinus à Corfinio in Sici-  
 liam miserat. Reperit Consules Dyrrhachium profectos  
 cum magna parte exercitus: Pompeium remanere Brun-  
 dusijs cū cohortibus uiginti: neque certum inueniri pote-  
 rat, obtinendū ne causa Brundusij ibi remansisset, quò faci-  
 lius omne Adriaticū mare extremis Italiæ partibus, regio-  
 nibusq; Græciæ, in potestatem haberet, atque ex utraque  
 parte bellum administrare posset: an inopia nauium ibi  
 restitisset, ueritusq; ne Italiam ille dimittendam non exi-  
 stimaret: exitus, administrationesq; Brūdusini portus im-  
 pedire instituit. Quorum operum hæc erat ratio. Quā  
 fauces erant angustissimæ portus, molem atque aggerem  
 ab utraq; parte littoris iaciebat, quòd his locis erat mare  
 uadosum longius progressus, cum agger altiore aqua  
 contineri non posset, rates duplices, quoquo uersus pedū  
 triginta è regione molis collocabat, has quaternis ancho-  
 ris ex quatuor angulis distinebat, ne fluctibus moueren-  
 tur. His perfectis, collocatisq;, alias deinceps pari magni-  
 tudine rates iungebat, has terra, atque aggere contege-  
 bat, ne aditus, atque incurfus ad defendendum impederetur:  
 à frōte, atq; ab utroq; latere cratibus, ac pluteis pro-  
 tegebat. In quarta quaq; earum turres binorū tabulatorū  
 excitabat, quò commodius ab impetu nauium, incendijsq;  
 defenderet. Contra hæc Pompeius naues magnas onera-  
 rias, quas in portu Brundusino deprehēderat, adornabat.  
 Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat, easq; multis tor-  
 mentis, & omni genere telorū completas ad opera Cæsaris ap-

ris ap



ris appellebat, ut rates perrumperet, atque opera distu-  
baret: sic quotidie utring; eminus fundis, sagittis, reliquis  
q; telis pugnabatur. Atque hac ita Caesar administrabat,  
ut conditiones pacis dimittendas nō existimaret. Ac tam-  
etsi magnopere admirabatur, Magium, quem ad Pom-  
peium cum mandatis miserat, ad se non remitti, atque ea  
res sepe tentata, & si impetus eius consiliaq; tardabat,  
tamen omnibus rebus in eo perseverandum putabat. Itaq; Caninius Rebi  
lius.  
Caninium Rebiliū legatū familiarem, necessariumq;  
Scribonij Libonis, mittit ad eum colloqui causa: mādāt,  
ut Libonem de concilianda pace hortetur. In primis ut  
ipse cum Pompeio colloqueretur, postulāt: magnopere  
se se confidere demonstrat, si eius rei sit potestas facta, fo-  
re, ut æquis conditionibus ab armis discedatur: cuius rei  
magnam partem laudis, atque æstimationis ad Libonem  
peruenturam, si illo autore, atque agente ab armis sit di-  
scessum. Libo à colloquio Caninij digressus, ad Pompeiū  
proficiscitur. Paulo post renūtiat, quod Consules absint,  
nihil sine illis de compositione agi posse. Ita sæpius rem  
frustra tentatam, Caesar aliquando dimittendam sibi in-  
dicabat, & de bello agendum. Propē dimidia parte ope-  
ris à Cesare effecta, diebusq; in ea re consumptis no-  
uem, naues à Consulibus Dyrrhachio remisse, quæ prio-  
rem partem exercitus eō deportauerant, Brudisium re-  
uertuntur. Pompeius siue operibus Caesaris permotus, si-  
ue etiam quod ab initio Italia excedere constituerat, ad-  
uentu nauium profectionem parare incipit, & quo faci-  
lius impetum Caesaris tardaret, ne sub ipsa profectione  
milites oppidum irrumperent, portas obstruit, uicos pla-  
r  
teasq;



Pompeius Brū-  
dusio aufugit.

teasq; inædificat, fossas transuersas uijs perducit, atq; ibi  
fudes stipitesq; præacutos defigit. Hæc leuibus crati-  
bus, terrâq; inæquat: aditus autem atque itinera duo, quæ  
extra murum ad portum ferebant, maximis de fixis trabi-  
bus, atque eis præacutis præsepit. His paratis rebus, mili-  
tes silentio naues conscendere iubet, expeditos autem ex  
euocatis sagittarijs, funditoribusq; raros in muro turri-  
busq; disponit, hos certo signo reuocare constituit, cum  
omnes milites naues conscendissent, atque ijs expedito lo-  
co actuaria nauigia relinquit. Brūduſini, Pompeianorum  
militum iniurijs, atque ipsius Pompeij contumelijs per-  
moti, Cæsaris rebus fauebant. Itaque cognita Pompeij  
profectione, concursantibus illis, atque in ea re occupa-  
tis, uulgo ex tectis significabant. Per quos re cognita, Cæ-  
sar scalas parari, militesq; armari iubet, ne quam rei ge-  
rendæ facultatem dimittat. Pompeius sub noctem naues  
soluit, Qui erant in muro custodie causa collocati, eo si-  
gno, quo conuenerat, reuocantur, notisq; itineribus ad  
naues decurrunt. Milites positis scalis muros ascendunt,  
sed moniti à Brundusinis ut uallum cæcum, fossasq; ca-  
ueant, subsistunt, & longo itinere ab ijs circumducti ad  
portum perueniunt, duasq; naues cum militibus, quæ ad  
moles Cæsaris adhæserant, scaphis lintribusq; deprehen-  
dunt, deprehensasq; excipiunt. Cæsar & si ad stem  
conficiendi negocij maxime probabat, coactis nauibus,  
mare transire, & Pompeium sequi, priusquam  
ille sese transmarinis auxilijs confirmaret: tamen rei  
eius moram, temporisq; longinquitatem timebat, quod  
omnibus coactis nauibus Pompeius præsentem facilita-  
tem

tem



tem insequendi sui ademerat. Relinquebatur, ut ex longin-  
 quioribus regionibus Gallia, Piceniq; & à freto na-  
 uis essent expectandæ: sed id propter anni tempus lon-  
 gum, atque impeditum uidebatur. Interea ueterem exer-  
 citum, duas Hispanias confirmari, quarum altera erat ma-  
 ximis beneficijs Pompeij deuincta, auxilia, equitatum pa-  
 rari. Galliam, Italianq; tentari se absente nolebat. Itaque  
 in præsentia Pompeij insequendi rationem omittit. In Hi-  
 spaniam proficisci constituit. Duumuiris municipiorum  
 omnium imperat, ut naues conquirant, Brûdusiumq; de-  
 ducendas curent. Mittit in Sardiniam cum legione una  
 Valerium legatum: in Siciliam, Curionem prætorem  
 cum legionibus tribus: Eundem cum Siciliam recepisset,  
 protinus in Africam traducere exercitum iubet. Sardinia  
 obtinebat M. Cotta: Siciliam M. Cato. Africam sor-  
 te Tubero obtinere debebat. Caralitani simul ad se  
 Valerium mîti audierunt, nondum profecto ex Italia,  
 sua sponte ex oppido Cottam eijciunt. Ille perterri-  
 tus quod omnem prouinciã consentire intelligeret, ex  
 Sardinia in Africam profugit. Cato in Sicilia naues lon-  
 gas ueteres reficiebat, nouas ciuitatibus imperabat, hæc  
 magno studio agebat. In Lucanis Brutijsq; per legatus  
 suos, ciuium Romanorum delectus habebat, equitum pe-  
 ditumq; certum numerum à ciuitatibus Siciliæ exige-  
 bat: quibus rebus penè perfectis, aduentu Curionis co-  
 gnito, queritur in concione sese proiectum, ac proditum  
 à Cn. Pompeio, qui omnibus rebus imparatissimis, non  
 necessarium bellum suscepisset: & ab se, reliquisq; in  
 Senatu interrogatus, omnia sibi esse ad bellum apta, ac

Sardinia ac Si-  
 cilia recipiuntur.

Cato,



parata confirmauisset. Hæc in concione questus ex Pro-  
 uincia fugit. Nacti uacuas ab imperijs, Sardiniam Vale-  
 rius, Curio Siciliam, cum exercitibus eò perueniunt. Tu-  
 bero cum in Africam uenisset, inuenit in provincia cum  
 imperio Actium Varum, qui ad Auximum, ut supra de-  
 monstrauius, amissis cohortibus, protinus ex fuga in  
 Africam peruenerat, atque eam suasponte uacuum occu-  
 paucrät, delectuq; habito duas legiones effecerat, homi-  
 num, & locorum notitia, & usu eius Prouinciæ nactus  
 aditus ad ea conanda, quod paucis ante annis ex Prati-  
 ra eam Prouinciam obtinuerat. Hic uenientem Vticâ cum  
 nauibus Tiberonem, portu atque oppido prohibet, neq;  
 affectum ualitudine filiū exponere in terram patitur: sed  
 sublatis anchoris, excedere eo loco cogit. His rebus cõ-  
 festis, Cæsar, ut reliquum tempus à labore intermittere-  
 tur, milites in proxima municipia deducit: ipse ad urbem  
 profisciscitur, coacto Senatu, iniurias inimicorum comme-  
 morat: docet se nullum extraordinarium honorem appe-  
 tisse, sed expectato legitimo tempore consulatus, eo fuisse  
 contentum, quod omnibus ciuibus pateret, latum ab de-  
 cem Tri. pl. contradicētib; inimicis, Catone uero acer-  
 rime repugnante, & pristina consuetudine dicendi mora  
 dies extrahente, ut sui ratio absentis haberetur, ipso con-  
 sule Pompeio, qui si improbasset, cur fieri passus esset? Si  
 probasset, cur se uti populi beneficio prohibuisset? Patien-  
 tiam proponit suam, cum de exercitibus dimittendis ultro  
 postulauisset, in quo iacturâ dignitatis, atq; honoris ipse  
 facturus esset. Acerbitatē inimicorum docet, qui quod ab  
 altero postularent, in se recusarent, atq; omnia permisce-  
 ri mal-

Caesar coram se  
 natu inimicorū  
 iniurias comme-  
 morat.

ri mal



ri mallent, quàm imperiū exercitusq; dimittere. Iniuriam  
 in eripiendis legionibus prædicat: crudelitatem & info-  
 lentiam in circumscribendis Tr:pl. Conditiones à se latas,  
 & expetita colloquia, & denegata cōmemorat. Pro qui-  
 bus rebus orat, ac postulat Remp. suscipiant, atque unā  
 secum administrent. Sin timore defugiant, illis se honori  
 non futurum, & per se Remp. administraturum. Lega-  
 tos ad Pompeium de compositione mitti oportere: neque  
 se reformidare quod in Senatu paulo ante Pompeius di-  
 xisset. Ad quos legati mitterentur, ijs auctoritatem attribui,  
 timoremq; eorum qui mitterent significari, tenuis atque  
 infirmi hæc animi uideri: se uero ut operibus ante studue-  
 rit, sic iustitia & æquitate uelle superare. Probat rem Se-  
 natus de mittendis legatis, sed qui mitterentur, non repe-  
 riebantur, maximeq; timoris causa pro se quisque id mi-  
 nus legationis recusabat. Pompeius enim discedens ab  
 Vrbe in Senatu dixerat, eodē se habiturum loco, qui Ro-  
 mæ remansissent, & qui in castris Cæsaris fuissent. Sic  
 triduum disputationibus, excusationibusq; extrahitur.  
 Subijcitur etiam L. Metellus Tr. pl. ab inimicis Cæsa-  
 ris, qui hanc rem distrahat, reliquasq; res quasunque  
 agere instituerat, impediat. Cuius cognito consilio, Cæ-  
 sar, frustra diebus aliquot consumptis, ne reliquum tem-  
 pus omitat, infectis ijs quæ agere destinauerat, ab Vrbe  
 proficiscitur, atque in ulteriorem Galliam peruenit.  
 Quò cum uenisset, cognoscit missum in Hispaniam à Pom-  
 peio Vibullium Rufian, quem paucis diebus ante Cor-  
 finio captum ipse dimiserat, Profectum item Domitium  
 ad occupandum Massiliam nauibus actuarijs septē, quas



Sicilia, & Sardinia priuatis coactis seruis liberisq; colo-  
 nis suis compleuerat. Præmissos etiam legatos Masilien-  
 ses domum nobiles adolescentes, quos ab urbe discedens  
 Pompeius erat adhortatus, ne noua Cæsaris officia ueteru  
 suorum beneficiorum in eos memoriam expelleret. Qui-  
 bus mandatis acceptis, Masilienses portas Cæsari clau-  
 runt. Albici, Albicos Barbaros homines, qui in eorum fide anti-  
 quitus erant, mentesq; supra Masiliam incolebant, ad se  
 uocauerant. Frumentum ex finitimis regionibus, atq; ex  
 omnibus castellis in Urbem conuexerant: armorum offi-  
 cinas in Urbe instituerant: muros, classem, & portas re-  
 ciebant. Euocat ad se Cæsar Masiliensium x v. primos,  
 cum his agit, ne initium inferendi belli à Masiliensibus  
 oriatur: Debere eos Italiae totius auctoritatem sequi po-  
 tius, quàm unius hominis uoluntati obtèperare: reliquaq;  
 quæ ad eorum sanandas mentes pertinere arbitrabatur,  
 commemorat. Cuius orationem domum legati referunt,  
 atque ex auctoritate hæc Cæsari renuntiant: Intelligere se,  
 diuisum esse populum Romanum in partes duas, neq; sui  
 iudicij, neque suarum esse uirium discernere, utra pars iu-  
 stiores habeat causam. Principes uero esse earum par-  
 tium Cn. Pompeium, & C. Cæsarem Patronos ciuitatis,  
 quorum alter agros Volgarum, Arecomitorum, & Iluo-  
 rum publice his concesserit, alter bello uictas Gallias at-  
 tribuerit, uestigialiaq; auxerit: quare paribus eorum be-  
 neficijs parem se quoq; uoluntatem tribuere debere, &  
 neutrum eorum contra alterum iniurare, aut urbe, aut por-  
 tibus recipere. Hæc dum inter eos aguntur, Domitius  
 ex cluso Cæ-  
 fare, nauibus Masiliam peruenit, atque ab ijs receptus, urbi  
 præsi-

Domitius à  
 Masiliensi-  
 bus receptus,  
 ex cluso Cæ-  
 fare,

præsi



præficiuntur. Summa ei belli administrandi permittitur. Eius imperio classem quoquoersus dimittunt: onerarias naues, quas ubique possunt, deprehendunt, atque in portum deducunt, earum clauis, aut materia, atque armamentis instructis, ad reliquas armandas reficiendasque utuntur: frumenti quod inuentum est, in publicum conferunt, reliquas merces commeatibusque ad obsidionem Urbis, si accidat, reseruant. Quibus iniurijs permotus Cæsar, legiones treis Masilian adducit, turres uineasque ad oppugnationem Urbis agere, naues longas Arelate numero duodecim facere instituit. Quibus effectis armatisque diebus triginta, à qua die materia cæsa est, adductisque Masilian, his Decium Brutum præficit. C. Trebonium legatum ad oppugnationem Masiliæ relinquit. Dum hæc parat, atque administrat, C. Fabium legatum cum legionibus tribus, quas Narbone circumque ea loca hyemandi causa disposuerat, in Hispaniam præmittit, celeriterque Pyrenæos saltus occupari iubet, qui eo tempore ab L. Afranio legato præsidij tenebatur: legiones reliquas, quæ longius hyemabant, subsequi iubet. Fabius, ut erat imperatum, adhibita celeritate, præsidium ex saltu deiecit, magnisque itinere ad exercitum Afranij contendit. Aduentu Vibullij Rufi, quæ à Pompeio missum in Hispaniâ demonstratum est, Afranius et Petreius et Varro legati Põpeij, quorum unus tribus legionibus Hispaniam citeriorem, Alter à saltu Castulonensi ad Anam duabus legionibus, tertius ab Ana Vectonum agrum, Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat. Officia inter se partiuntur, ut Petreius

D. Brutus.  
C. Trebonius.

Fabius.

In Hispania gesta.



ex Lusitania per Vestones cum omnibus copijs ad Afranium profisciscatur. Varro cum his, quas habebat legionibus omnem alteriorem Hispaniam tueatur. His rebus constitutis, equites auxiliaq; totius Lusitania à Petreio, Celtiberis, Cantabris, Barbarisq; omnibus, qui ad oceanum pertinent, ab Afranio imperantur. Quibus coactis, celeriter Petreius per Vestones ad Afranium peruenit: consi-

Ilerda.

Copiarū Afranij numerus.

Cæsaris copiarū.

Pontes in Sicore flu.

tuunt communi cōsilio bellum ad Ilerdam, propter ipsius loci opportunitatem, gerere. Erant, ut supra demonstratum est, legiones Afranij tres, Petreij duæ; præterea scutata ceterioris prouinciæ, & cetrata ulterioris Hispaniæ cohortes circiter octoginta, equitum utriusque prouinciæ circiter quinque millia. Cæsar legiones in Hispaniam præmiserat, ad sex millia auxilia peditum, equitum tria millia, quæ omnibus superioribus bellis habuerat, & parem ex Gallia numerum, quem ipse petiuerat, nominatim ex omnibus ciuitatibus nobilissimo & fortissimo quoque euocato. Hinc optimi generis hominum ex Aquitanis, Montanisq; qui Galliam prouinciā attingunt. Audierat Pompeium per Mauritaniam cum legionibus iter in Hispaniam facere, confestimq; esse uenturum. Simul à Triumlitum, centurionibusq; mutuas pecunias sumpsit, has exercitui distribuit. Quo facto, duas res consecutus est, quod pignore animos centurionum deuinxit, & largitione redemit militum uoluntates. Fabius finitimarum ciuitatum animos literis, nuntijsq; tentabat. In Sicore flumine pontes effecerat duos, inter se distantes millia passuum quatuor, his pontibus pabulatum mittebat, quod ea quæ citra flumen fuerant superioribus diebus consumperat. Hoc

idem



idem frē atq; eadem de causa Pompeiani exercitus duces faciebant, crebroq; inter se equestribus prælijs contendebant. Huc, cum quotidiana consuetudine congressæ pabulatoribus præsidio proprio legiones Fabianæ duæ flumen transissent, impedimenta q; & omnis equitatus sequeretur, subito iumentorum & aquæ magnitudine pōs est interruptus, & reliqua multitudo equitum interclusa. Quo cognito à Petreio & Afranio, ex aggere atque cratibus, quæ flumine ferebantur, celeriter suo pōte Afranius, quem oppido castrisq; coniunctum habebat, legiones quatuor, equitatumq; omnem transiecit, duabusq; Fabianus occurrit legionibus, cuius aduētū nūtiato, L. Plā-

L. Plancus,

r 5 castris



Cæsar ad Ilerdā  
castrametatur.

castris Afranij constitit, & ibi paulisper sub armis moratus, facit æquo loco pugnandi potestatem. Potestate facta, Afranius copias educit, & in medio colle sub castris constitit. Cæsar, ubi cognouit per Afranium stare, quominus prælio dimicaretur, ab infimis radicibus montis, intermissis circiter passibus quadringentis, castra facere constituit: & ne in opere faciendo milites repentino hostium incurſu exterrerentur, atq; opere prohiberentur, uallo muniri uetuit, quod eminere, & procul uideri necesse erat, sed à fronte contra hostem pedum quindecim fossam fieri iussit. Prima & secunda acies in armis, ut ab initio constituta erat, permanebat, post hos opus in occulto acies tertia faciebat. Sic omne prius est perfectum, quam intelligeretur ab Afranio castra muniri. Sub uesperum Cæsar intra hanc fossam legiones reducit, atque ibi sub armis proxima nocte conquiescit. Postero die omne exercitum intra fossam continet, & quod longius erat aggerpetendus, in præsentia similem rationem operis instituit, singulaq; latera castrorum singulis attribuit legionibus munienda, fossasq; ad eandem magnitudinem perfici iubet, reliquas legiones in armis expeditas contra hostem constituit. Afranius Petreiusq; terrendi causa, atque operis impediendi, copias suas ad infimas montis radices producunt, & prælio laceſſunt. Neque idcirco Cæsar opus intermittit, confisus præsidio legionum trium, & munitione fossæ. Illi non diu commorati, nec longius ab infimo colle progressi, copias in castra reducunt. Tertio die Cæsar uallo castra communit, reliquas cohortes, quas in superioribus castris reliquerat, impedimentaq; ad se



ad se traduci iubet. Erat in oppido Ilerda, & proximo colle, ubi castra Petreius atq; Afranius habebant, planities circiter passuum trecentorum, atq; in hoc serè medio spatio tumulus erat paulo editior, què si occupasset Cæsar, & communisset, ab oppido, & ponte & conuectui omni, quem in oppidum contulerant, se interclusurum aduersarios confidebat. Hoc sperans legiones treis ex castris educit, acieq; in locis idoneis instructa, unius legionis antesignanos præcurrere, atq; occupare eum tumulum iubet. Quare cognita, celeriter, quæ in statione pro castris erant Afranij cohortes, breuiore itinere ad eundem occupandum locum mittuntur. Contenditur prælio, & quod prius in tumulum Afraniani uenerant, nostri repelluntur, atq; alijs summissis præsidijs terga uertere, seq; ad signa legionum recipere coguntur. Genus erat pugnae militum illorum, ut magno impetu primo procurrerent, audacter locum caperent, ordines suos non magnopere seruarent, rari, dispersiq; pugnarent, si premerentur, pedem referre, & loco excedere non turpe existimarent. Cum Lusitanis reliquisq; barbaris genere quodam pugnae assuefacti, quod serè fit, quibus quisq; in locis miles inueterauerit, uti multum earum regionum consuetudine moueatur. Hæc tamè ratio nostros perturbat, insuetos huius generis pugnae: circumiri enim sese ab aperto latere, procurentibus singulis arbitrabantur, ipsi autè suos ordines seruare, neq; ab signis discedere, neq; sine graui causa eum locum, què coeperant dimitti censuerant oportere. Itaq; perturbatis antesignanis, legio, quæ in eo cornu consisterat, locum nõ tenuit, atq; in proximū collem sese recepit.



recepit. Cæsar penè omni acie perterrita, quod præter opinionem consuetudinemq; acciderat, cohortatus suos legionem nonam subsidio ducit, hostem insolentem atq; acriter nostros insequentem supprimit, rursusq; terga uertere, seq; ad oppidum Ilerdam recipere, & sub muro cōsistere cogit. Sed nonæ legionis milites elati studio, dum sarcire acceptum detrimentum uolunt, temere insecuti fugientes, in locum iniquum progrediuntur, & sub montem, in quo erat oppidū positum Ilerda, succedunt: hinc se recipere cum uellent, rursus illi ex loco superiore nostros premebant. Præruptus locus erat utraq; ex parte directus, ac tantum in latitudinem patebat, ut tres instructæ cohortes eum locum explerent, & neq; subsidia à lateribus summitti, neq; equites laborantibus usui esse possent: Ab oppido autem decliui fastigio uergebat, in longitudinem passuum circiter quadringentorum, hæc nostris erat receptus, quod eò incitati studio incōsultius procefferant. Hoc pugnabatur loco & propter angustias iniquo, & quod sub ipsis radicibus montis constituerant, ut nullum frustra telum in eos mitteretur: tamen uirtute & patientia nitebantur, atq; omnia uulnera sustinebant. Augebantur illis copiae, atq; ex castris cohortes per oppidum crebro summittebantur, ut integri defessis succederent. Hoc idem, Cæsar facere cogebatur, ut summissis in eundem locum cohortibus, defessos reciperet. Hoc cum esset modo pugnatum continenter horis quinq;, nostrisq; grauius à multitudine premerentur, consumptis omnibus telis, gladijs districtis, impetum aduersus montem, in cohortes faciūt, paucisq; deiectis, reliquos sese cōuertere cogunt.



cogunt. Summotis sub murum cohortibus, ac nonnulla parte propter terrorem in oppidum compulsis, facilis est nostris receptus datus. Equitatus autem noster ab utroq; latere, & si deiectus atq; inferioribus locis constiterat, tamen in summū iugum uirtute conuulsiuit, atq; inter duas acies perequians, commodiorem ac tutiorem nostris receptum dat. Ita uario certamine pugnatū est. Nostri in primo congressu circiter septuaginta ceciderunt, in his Qu. Fulginius ex primo hastato legionis quartadecimæ, qui propter eximiam uirtutem ex inferioribus ordinibus in eū locū peruenerat; uulnerantur amplius sexcenti. Ex Afranianis interficiuntur T. Cecilius Primipili Centurio, & præter eum centuriones quatuor, milites amplius ducen-  
ti. Sed hæc eius dici præfertur opinio, ut se utriq; superiores discesse existimarent. Afraniani, quod cum esse omnium iudicio inferiores uiderentur, cominus tamen diu stetitissent, & nostrorum impetum sustinuis-  
sent, & initio locum tumultumq; tenuissent, quæ causa pugnandi fuerat, & nostros primo congressu terga uertere coëgis-  
sent. Nostri autem, quod iniquo loco atque impari congressi numero, quod quinque horis prælium sustinuis-  
sent, quod montem gladijs districtis ascendissent, quod ex loco superiore terga uertere aduersarios coëgis-  
sent, atque in oppidum compulissent. Illi cum tumultum, pro quo pugnatum est, magnis operibus munierūt, præsidiumq; ibi posuerunt. Accidit etiam repentinum incommodum bi-  
duo, quo hæc gesta sunt, tanta enim tempestas cooritur, ut nunquam illis locis maiores aquas fuisse constaret: tum autem ex omnibus mōtibus nix profuit, ac summæ ripas fluminis



Sicoris & Cin-  
ga fl.

fluminis superauit, pontesq; ambos, quos C. Fabius fecerat, uno die interrupit, quæ res magnas difficultates exercitui Caesaris attulit, Castra enim, ut supra demonstratum est, cum essent inter flumina duo, Sicorim & Cingã, spatio millium triginta, neutrum horum transiri poterat, necessarioq; omnes his angustijs continebantur, neq; ciuitates, quæ ad Caesaris amicitiam accesserant, frumentum supportare, neq; ij, qui pabulatum longius progressi erant interclusi fluminibus, reuerti, neq; maximî comitatus, qui ex Italia Galliaq; ueniebant, in castra peruenire poterant. Tempus erat difficillimum, quo neque frumenta in hybernis erant, neq; multum à maturitate aberant, ac ciuitates exinanitæ, quod Afranius penè omne frumentum ante Caesaris aduentû Ilerdam conuexerat: reliqui si quid fuerat, Caesar superioribus diebus consumpserat: pecora, quod secundum poterat esse inopiæ subsidium, propter bellum finitimæ ciuitates longius remouerant. Qui erant pabulandi, aut frumentandi causa progressi, hos leuis armaturæ Lusitani, peritiq; earum regionum Cetrati ceterioris Hispaniæ consectabantur, quibus erat procliue transire flumen, quod consuetudo eorum omnium est, ut sine utribus ad exercitum non eant. At exercitus Afranij omnium rerum abundabat copia, multum erat frumentum prouisum, & conuectum superioribus temporibus, multum ex omni prouincia comportabatur, magna copia pabuli suppetebat, harum rerum omnium facultates sine ullo periculo pons Ilerdæ præbebat, & loca trans flumen integra, quò omnino Caesar adire non poterat. Eæ permanserunt aquæ dies quamplures. Conatus est

Caesar



Cæsar reficere pontes, sed nec magnitudo fluminis per-  
mittebat, neq; ad ripam dispositæ cohortes aduersariorū  
perfici patiebantur, quod illis prohibere erat facile, tum  
ipsius fluminis natura, atq; aquæ magnitudine, tum quod  
ex totis ripis in unum atq; angustum locum tela iacie-  
bantur, atq; erat difficile eodem tempore rapidissimo flu-  
mine opera perficere, & tela uitare. Nuntiatur Afranio  
magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæsarem, ad flu-  
men contitisse: Venerant eo sagitarij ex Rutenis, equites  
ex Gallia cum multis carris, magnisq; impedimentis, ut  
fert Gallica consuetudo. Erant præterea cuiusq; generis  
hominum millia circiter sex cum seruis liberisq;: sed nul-  
lus ordo, nullum imperium certum: cum suo quisq; con-  
silio uteretur, atq; omnes sine timore iter facerent, usi su-  
priorum temporum atq; itinerum licentia. Erant com-  
plures honesti adolescentes Senatorum filij, & equestris  
ordinis, Erant legationes ciuitatum, erant legati Cæsa-  
ris, hos omnes flumina continebant: ad hos opprimendos  
cū omni equitatu, tribusq; legionibus Afranius de nocte  
profiscitur, imprudentesq; antemissis equitibus aggre-  
ditur, celeriter tamen sese Galli equites expediunt, præ-  
liumq; committunt. Hi, dum pari certamine res geri potuit,  
magnum hostium numerū pauci sustinuerunt, sed ubi signa  
legionū appropinquare cœperunt, paucis amissis, sese in  
montes proximos conferunt. Hoc pugnae tēpus magnum  
attulit nostris ad salutem momētum, nacti enim spatium  
se in loca superiora receperūt. Desyderati sunt eo die sa-  
gitarij circiter ducenti, equites pauci, calonū atq; impe-  
dimentorum non magnus numerus: his tamen omnibus

annona



annona creuit, quæ frêres inopia non solum præsentis, sed etiam futuri temporis timore ingrauescere consuevit: iamq; ad denarios quinquaginta in singulos modios annona peruenerat, & militum uireis inopia frumenti diminuerat, atq; incommoda in dies augebantur, & tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac se fortuna inclinauerat, ut nostri magna inopia necessaria- rum rerum conflictarentur, illi omnibus abundarent rebus, superioresq; haberentur. Cæsar ijs ciuitatibus, quæ ad eius amicitiam accesserant, quò minor erat frumenti copia, pecus imperabat, calones ad longinquiores ciuitates dimittebat: ipse præsentem inopiam, quibus poterat subsidijs, tutabatur. Hæc Afranius Petreiusq; & eorum amici pleniora etiam, atq; uberiora Romam ad suos per- scribebant, multa rumor fingeat, ut penè bellum confectum uideretur. Quibus literis, nuntijsq; Roman per- latis, magni domum concursus ad Afranium, magnæ gra- tulationes fiebāt. Multi ex Italia ad Cn. Pompeium pro- ficiscebantur. Alij ut principes talem nuntium attulisse, alij ne euentum belli expectasse, aut ex omnibus nouissi- mi uenisse uiderentur. Cum in his angustijs res esset, atq; omnes uie ab Afranianis militibus, equitibusq; obside- rentur, nec pontes perfici possent, imperat militibus Cæ- sar, ut naues faciant cuius generis eum superioribus an- nis usus Britaniæ docuerat. Carinæ primum, \*ac statu- mina ex leui materia fiebant, reliquum corpus nauium uiminibus contextū corijs integebatur. Has perfectas car- ris iunctis deuchit noctu millia passuum à castris xxii. militesq; his nauibus flumen transportat, continentemq;

\*als, strami-  
ne et leui ma-  
teria &c.

ripe



ripæ collem improviso occupat. Hunc celeriter, prius  
quàm ab aduersarijs sentiatur, communit: huc legionem  
postea traiecit, atque ex utraque parte pontem institu-  
tum perficit biduo. Ita commeatus, & qui frumenti cau-  
sa processerant, tuto ad se recipit, & rem frumentariam  
expedire incipit. Eodem die equitum magnam partem  
flumen traiecit, qui inopinantes pabulatores, & sine ullo  
dissipatos timore aggressi, quàm magnum numerum iu-  
mentorum, atque hominum intercipiunt, cohortibusq;  
centuriatis subsidio missis, scienter in duas partes sese  
distribuuunt, alij, ut prædæ subsidio sint, alij ut ueniētibus  
resistant, atque eos propellant, unamq; cohortem, quæ  
temere ante cæteras extra aciem procurrat, secluseram à  
reliquis circumueniūt. atq; interficiunt, incolumesq; cum  
magna prædâ eodem ponte in castra reuertuntur. Dum  
hæc ad Ilerdam geruntur, Massilienses usi L. Domitij  
consilio naues longas expediunt numero decemseptem,  
quarum erant undecim tectæ, multa his minora nauigia  
addunt, ut ipsa multitudine nostra classis terreatur, ma-  
gnum numerum sagittariorum, magnum Albicorum, de  
quibus supra demonstratum est, imponunt, atque hos  
præmijs, pollicitationibusq; incitant: certas sibi deposcit  
naues Domitius, atque has colonis, pastoribusq; quos  
secum adduxerat complet. Sic omnibus rebus instructa  
classis, magna fiducia ad nostras naues procedunt, qui-  
bus præerat D. Brutus. Hæc ad insulâ, quæ est cōtra Masi-  
liam, stationes obtinebant. Erat multo inferior numero  
nauium Brutus, sed delectos ex omnibus legionibus for-  
tissimos uiros antesignanos, centuriones Cæsar ei classi  
s attribuit

Apud Masi-  
liam gesta.



attribuerat, qui sibi id muneris depoposcerant, ij manus  
 ferreas, atque harpagones parauerant, magnosq; nume-  
 ro pilorum, tragularum, reliquorumq; telorum se instru-  
 xerant. Ita cognito hostium aduentu, suas naues ex por-  
 tu educunt, cum Masiliensibus confligunt, pugnatum  
 utrinq; est fortissime, atq; acerrime: neq; multum Albici  
 nostris uirtute cedebant, homines asperi, & montani, ex-  
 ercitati in armis, atque ij modo digressi à Masiliensibus  
 recentem eorundem pollicitationem animis continebant,  
 pastoresq; indomiti spe libertatis excitati sub oculis do-  
 mini suam probare operam studebant. Ipsi Masilienses  
 & celeritate nauium, & scientia gubernatorum con-  
 fidi, nostros eludebant, impetusq; eorum excipiebant, &  
 quod licebat latiore spacio, producta longius acie cir-  
 cumuenire nostros, aut pluribus nauibus adoriri singu-  
 las, aut remos transcurrentes detergere si possent, con-  
 tendebant: cum propius erat necessario uentum, ab scientia  
 gubernatorum, atque artificij, ad uirtutem montani-  
 norum confugiebant. Nostri, quod minus exercitatis re-  
 migibus, minusq; peritis gubernatoribus utebantur, qui  
 repente ex oncrarijs nauibus erant producti, neq; dum  
 etiam uocabulis armamentorum cognitis, tum etiam gra-  
 uitate & tarditate nauium impediiebantur, factæ enim  
 subito ex humida materia, non eundem usum celeritatis  
 habebant. Itaque dum locus comminus pugnandi dare-  
 tur, æquo animo singulas binis nauibus obiciebant, atq;  
 iniecta manu ferrea, & retenta utraque naue, diuersi  
 pugnabant, atque in hostium naues transcendebant, &  
 magno numero Albicorum, & Pastorum interfecto,  
 partem



partem nauium deprimunt, nonnullas cum hominibus capiunt, reliquas in portum cōpellunt. Eo die naues Massiliensium cum ijs, quæ sunt captæ, intereunt ix. Hoc primū Cæsari ad Ilerdam nuntiat. Simul perfecto ponte celeriter fortuna mutatur. Illi perterriti uirtute equitum, minus libere, minus audacter uagabantur: aliās non longo ab castris progressi spatio, ut celerē receptum haberent, angustius pabulabantur: aliās longiore circuitu custodias stationesq; equitum uitabāt, aut aliquo accepto detrimēto, aut procul equitatu uiso, ex medio itinere proiectis sarcinis fugiebant. Postremo etiam plures intermittere dies, & præter consuetudinem omnium nostru constituerāt pabulari. Interim Oscenses & Calaguritani, qui erant cum Oscensibus contributi, mittunt ad eū legatos, seseq; imperata facturos pollicentur, hos Taraconenses, & Lacetani, & Ausetani, & paucis post diebus Illurgauonenses, qui flumen Iberum attingunt, insequuntur. Petit ab his omnibus, ut se frumento iuuent: pollicentur, atq; omnibus undiq; conquisitis iumētis, in castra deportant. Transit etiam cohors Illurgauonensis ad eū, cognito ciuitatis cōsilio, & signa ex statione transfert. Magna celeriter fit commutatio rerum, perfecto ponte, magnis quinq; ciuitatibus ad amicitiam adiūctis, expedita re frumentaria, extinctis rumoribus de auxilijs legionū, quæ cū Pompeio per Mauritaniam uenire dicebantur, multæ longinquiores ciuitates ab Afranio desciscunt, & Cæsaris amicitia sequuntur. Quibus rebus perterritis animis aduersariorum, Cæsar ne semper magno circuitu per pontem equitatus esset mittendus, nactus idoneū locum, fossas

Redit ad Ilerdam.

Oscenses.  
Calaguritani.

Taraconenses.  
Lacetani.  
Ausetani.  
Illurgauonenses.



pedum triginta in latitudinem complures facere instituit, quibus partem aliquam Sicoris auerteret, uadumq; in eo flumine efficeret. His pene effectis, magnum in timorem Afranius, Petreiusq; perueniunt, ne omnino frumento, pabuloq; intercluderentur, quod multum Caesar equitatu ualebat. Itaq; constituunt ipsi locis excedere, & in Celtiberiam bellum transferre. Huic consilio suffragabatur etiam illa res, quod ex duobus contrarijs generibus, quæ superiore bello cum L. Sertorio steterant, ciuitates uictæ nomen, atq; imperium absentis timebant: quæ in amicitia manserant Pompeij, magnis affectæ beneficijs eum diligebant: Caesaris autem in Barbaris erat nomen obscurius. Hic magnos equitatus, magnaq; auxilia expectabāt, & suis locis bellum in hyemem ducere cogitabāt. Hoc inito consilio toto flumine Ibero naues conquirere, & Octogesam adduci iubent. Id erat oppidum positum ad Iberum, millia quæ passuum à castris aberat xx. Ad eum locum fluminis nauibus iunctis, pontem imperant fieri, legionesq; duas flumen Sicorim traducunt, castraq; muniant uallo pedum duodecim. Quare per exploratores cognita, summo labore militum Caesar continuo diem noctemq; opere in flumine auertendo, huc iam rem duxerat, ut equites, & si difficulter, atq; egre fiebat, possent tamen, atque auderent flumen transire. Pedites uero tantummodo humeris, ac summo pectore extenderent, ut, tum altitudine aquæ, tum etiam rapiditate fluminis ad transcundum impedirentur. Sed tamen eodem ferè tempore pons in Ibero propè effectus nuntiabatur, & in Sicori uadum reperiebatur. Iam uero eò magis

Iberus fl.  
Octogesa opp.



illi maturandum iter existimabant. Itaque duabus auxiliariis cohortibus Ilerdæ præsidio relictis, omnibus copijs Sicorim transeunt, & cum duabus legionibus, quas superioribus diebus traduxerant, castra coniungunt. Relinquebatur Cæsari nihil, nisi uti equitatu agmen aduersariorum male haberet, & carperet. Pons enim ipsius magnum circuitum habebat, ut multo brevius itinere illi ad Iberum peruenire possent. Equites ab eo missi flumen transeunt, & cum de tertia uigilia Petreius, atque Afranius castra mouissent, repente sese ad nouissimum agmen ostendunt, & magna multitudo circumfusa morari, atque iter impedire incipiunt. Prima luce ex superioribus locis, quæ Cæsaris castris erant coniuncta, cernebatur equitatus nostri prælio nouissimos illorum præmi uehementer, ac nonnunquam sustinere extremum agmen, atque interrumpi, alias inferri signa, & uniuersarum cohortium impetu nostros propelli, deinde rursum conuersos insequi. Totis uero castris milites conturbati, & dolere hostem ex manibus dimitti, bellum necessario longius duci. Centuriones Tribunosque militum adire, atque obsecrare, ut per eos Cæsar certior fieret, ne labori suo, neu periculo parceret, paratos esse sese, posse, & audere eâ transire flumen, quâ traductus esset equitatus. Quorum studio, & uocibus excitatus Cæsar, & si timebat tantæ magnitudinis flumini exercitum obijcere, conandum tamen, atque experiendum iudicat. Itaque infirmiores milites ex omnibus centurijs deligi iubet, quorum aut animus, aut uires uidebantur sustinere non posse: hos cum legione una præsidio castris relinquit,

Afranius & Petreius relinquit Ilerdā, in Celtiberiā transiit.



Cæsar exercitū  
Sicorim tradu-  
cit.

reliquas legiones expeditas educit, magnoq; numero in-  
mentorum in flumine supra, atque infra constituto, tra-  
ducit exercitum, pauci ex his militibus vi fluminis abre-  
pti, ab equitatu excipiuntur, ac subleuantur: interijt ta-  
men nemo. Traducto incolumi exercitu, copias instruit,  
triplicemq; aciem ducere incipit: ac tantum fuit in mili-  
tibus studium, ut millium sex ad iter addito ad uadum  
circuitu, magna; fluminis mora interposita, eos qui de  
tertia uigilia exissent, ante horam diei nonam conseque-  
rentur. Quos ubi Afranius procul uisos cum Petreio  
conspexit, noua re perterritus, locis superioribus consti-  
tuit, aciemq; instruit. Cæsar in campis exercitum reficit,  
ne defessum prælio obijciat. Rursus conantes progredi  
insequitur, & moratur. Illi necessario maturius, quam  
constituerant, castra ponunt. (Suberant enim montes,  
atque à millibus passuum quin; itinera difficilia, atque  
angusta excipiebant: hos intra montes se recipiebant, ut  
equitatum effugerent Cæsaris: præsidijq; in angustijs  
collocatis exercitum itinere prohiberent, ipsi sine peri-  
culo, ac timore Iberum copias traducerent, quod fuit  
illis conandum, atque omni ratione efficiendum,) & to-  
tius diei pugna, atq; itineris labore defessi, rem in poste-  
rum diem distulerunt. Cæsar quoq; in proximo colle ca-  
stra ponit. Media circiter nocte ijs, qui adaquandi cau-  
sa longius à castris processerant, ab equitibus correptis,  
fit ab his certior Cæsar, Duces aduersariorum silentio co-  
pias castris educere. Quo cognito, signum dari iubet,  
& uasa militari more conclamari. Illi exaudito clamore,  
ueriti ne noctu impediti sub onere configere cogerentur,

th,



tur, aut ne ab equitatu Cæsaris in angustiis tenerentur, iter supprimunt, copiasq; in castris continent. Postero die Petreius cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiscitur: hoc idē sit ex castris Cæsaris. Mittitur L. Decidius Saxo cum paucis, qui loci naturam perspicat. Vterq; idem suis renuntiat, quinq; millia passuum proxima intercedere itineris campestris, inde excipere loca aspera, & montuosa, qui prior has angustias occupaverit, ab hoc hostē prohiberi nihil esse negocij. Disputatur in concilio à Petreio & Afranio, & tempus profectionis queritur. Pleriq; censebant ut noctu iter facerent, posse prius ad angustias ueniri, quam sentirentur. Alij, quod pridie noctu conclamatum esset in castris Cæsaris, argumenti sumebant loco, nō posse clam exiri. Cū confundi noctu equitatum Cæsaris, atq; omnia loca, atq; itinera obsideri, nocturnaq; praelia esse uitanda, quod perterritus miles in ciuili dissensione timori magis, quam religioni consulere consueuerit. At lucem multum per se pudorem omnium oculis, multum etiam Tribunorum militum, & Centurionum præsentiam asferre, quibus rebus coerceri milites, & in officio cōtineri soleant. Quare omni ratione esse interdiu perrumpendum, & si aliquo accepto detrimento, tamē summa exercitus salua, locū, quē petant, capi posse. Hæc uicii in cōcilio sentētia, & prima luce posthodie cōstituūt proficisci. Cæsar exploratis regionibus, albēte celo omneis copias castris educit, magnoq; circuitu, nullo certo itinere exercitum ducit, naq; itinera, quæ ad Iberum, atq; Octogesam pertinebant, castris hostium oppositis tenebantur, ipsi erant transcendendæ



ualles maximæ, ac difficillimæ, saxa multis locis prærupta iter impediabant, ut arma per manus necessario traderentur, militesq; incermes, subleuatiq; alij ab alijs magnam partem itineris conficerent. Sed hunc laborem recusabat nemo, quod eum omnium laborum finem fore existimabant, si hostem Ibero intercludere, & frumento prohibere potuissent. Ac primo Afraniani milites uisendi causa lati ex castris procurrebant, contumeliosisq; uocibus prosequabantur, necessarij uictus inopia coactos fugere, atq; ad Ilerdam reuerti. Erat enim iter à proposito diuersum, contrariamq; in partem iri uidebatur. Duces uero eorum suum consilium laudibus ferebant, quod se castris tenuissent, maltumq; eorum opinionem adiunabat, quod sine iumentis, impedimentisq; ad iter profectos uidebant, ut non posse diutius inopiam sustinere confiderent. Sed ubi paulatim retorqueri agmen ad dexteram conspexerunt, iamq; primos superare regionem castrorum animaduertunt, nemo erat adeo tardus, aut fugiens laboris, quin statim castris exeundum, atq; occurrendum putaret. Conclamatur ad arma, atq; omnes copiae paucis præsidio relictis cohortibus exeunt, rectoq; ad Iberum itinere contendunt. Erat in celeritate omne positum certamen, utri prius angustias, montesq; occuparet. Sed exercitum Caesaris uarum difficultates tardabant. Afranij copias equitatus Caesaris insequens morabatur. Res tamen ab Afranianis huc erat necessario deducta, ut si priores montes, quos petebant, attigissent, ipsi periculum uitarent. Impedimenta totius exercitus, cohortesq; in castris relictas, seruare non possent, quibus interclusis exercitus

exercitus



exercitu Cæsaris auxilium ferri nulla ratione poterat. Cōfecit prioriter Cæsar, atq; ex magnis rupibus nactus planicie, in hanc contra hostem aciem instruit. Afranius, cū ab equitatu nouissimum agmen premeretur, & ante se hostem uideret, collem quendam nactus, ibi constitit. Ex eo loco quatuor Cetratorum cohortes in montem, qui erat in conspectu omnium excelsissimus, mittit. Hunc magno cursu concitatos iubet occupare, eo consilio uti ipse eodē omnibus copijs contenderet, & mutato itinere iugis Odagesan perueniret. Hunc cum obliquo itinere Cetrati peterent, conspicatus equitatus Cæsaris in cohortes impetum facit, nec minimam partem temporis equitum uim Cetrati sustinere potuerunt, omnesq; ab his circumuenti, in conspectu utriusq; exercitus interficiuntur. Erat occasio bene gerendæ rei, neq; uero id Cæsarem fugiebat, tanto sub oculis accepto detrimento, perterritum exercitum sustinere non posse, præsertim circumdātum undiq; equitatu, cum in loco æquo, atque aperto confligeretur, idq; ex omnibus partibus ab eo flagitabatur. Concurrerant legati Centuriones, Tribuniq; militum, ne dubitaret prælium committere, omnium esse militum paratissimos animos. Afranios contra multis rebus sui timoris signa misisse: quod suis non subuenissent, quod de colle non recederent, quod uix equitum incursus sustinerent, collatisq; in unum locum signis conferti, neq; ordines, neq; signa seruarent, quod si iniquitatē loci timeret, datum iri tamē aliquo loco pugnādī facultatē, quod certe inde decedendū esset Afranio, nec sine aqua permanere posset. Cæsar in eam spem uenerat, se sine pugna, & sine uulnere suo-

Cetratorū cohortes quatuor occiduntur.

Cæsaris prudentia, & clemētia.

s s rum,



rum, rem conficere posse, quod re frumentaria aduersarios interclusisset. Cur etiam secundo praelio aliquos ex suis amitteret? Cur uulnerari pataretur optime meritis de se milites? Cur denique fortunam periclitaretur? praesertim cum non minus esset imperatoris consilio superare, quam gladio. Mouebatur etiam misericordia ciuium, quos interficiendos uidebat, quibus saluis, atque incolu-  
 nibus rem obtinere malebat. Hoc consilium Caesaris à plerisque non probatur. Milites uero palam inter se loquebantur, quoniam talis occasio uictoriae dimitteretur, etiam cum uellet Caesar sese non esse pugnatu-  
 ros. Ille in sua sententia perseuerat, et paulum ex eo loco digreditur, ut timorem aduersarij minuat. Petreius, atque Afranius oblata facultate in castra sese referunt. Caesar praesidijs montibus dispositis, omni ad Iberum intercluso itinere, quam proxime potest hostium castris castra communit. Postero die duces aduersariorum perturbati, quod omnem rei frumentariae, fluminisq; Iberi spem amiserat, de reliquis rebus consultabant. Erat unum iter, Iberum si reuerti uellent: alterum, si Tarraconem peterent. Haec consultantibus eis, nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro. Quare cognita, crebras stationes disponunt equitum, et cohortium alariorum, legionariasq; interficiunt cohortes, uallumq; ex castris ad aquam ducere incipiunt, ut intra munitione, et sine timore, et sine stationibus aquari possent. Id opus inter se Petreius, atq; Afranius partiuntur, ipsiq; perficendi operis causa longius progrediuntur. Quoru discessu liberam nacti milites colloquiorum facultatem, uulgo procedunt, et quem quisq; in ca

Colloquia militum.

in ca



in castris notum, aut municipem habebat, conquirunt, atq; vocat. Primum agunt gratias omnes omnibus, quod sibi perterritis pridie pepercissent, eorum se beneficio uiuere. Deinde imperatoris fidem quaerunt, recte ne se illi sint commissuri, & quid non ab initio fecerint, armaq; cum hominibus necessarijs, & consanguineis contulerint, conquerruntur. His prouocati sermonibus fidem ab imperatore de Petreij, & Afranij uita petunt, ne quod in se scelus concepisse, neu suos prodidisse uideantur. Quibus confirmatis rebus, se statim signa translaturus confirmant. Legatosq; de pace primorum ordinum centuriones ad Caesarem mittunt: interim alij suos in castra inuitandi causa adducunt, alij ab suis adducuntur, adeo, ut una castra iam facta ex binis uiderentur. Compluresq; Tribuni militum, & Centuriones ad Caesarem ueniunt, seq; ei commendant. Hoc idem fit à Principibus Hispaniae, quos illi euocauerant, & secum in castris habebat obsidum loco: ij suos notos, hospitesq; querebant, per quem quisq; eorum aditum commendationis haberet ad Caesarem. Afranij etiam filius adolescens de sua, & parentis sui salute cum Caesare, per Sulpitium legatum agebat. Erant plena letitia, & gratulatione omnia, eorum, qui tanta pericula uitasse, & eorum, qui sine uulnere tantas res confecisse uidebantur, magnamq; fructum suae pristinae lenitatis omnium iudicio Caesar ferebat: consiliuq; eius à cunctis probabatur. Quibus rebus nuntiatis Afranio, ab iustituto opere discedit, seq; in castra recipit, sic paratus, ut uidebatur, ut quicumque accidisset casus, hunc quieto & aequo animo ferret. Petreius uero non deserit sese, armat familiam, Petrei furor.

cum



cum hac & pratoria cohorte Cetratorum, barbarisq; equitibus paucis, beneficiarijs suis, quos suæ custodiæ causa habere consueuerat, improuiso ad uallum aduolat, colloquia militum interrumpit, nostros repellit ab castris, quos deprehendit interficit: reliqui cœunt inter se, & repentino periculo exterriti, sinistras sagis inuoluunt, gladiosq; dstringunt, atq; ita se à Cetratis, equitibusq; defendunt, castrorum propinquitate confisi, seq; in castra recipiunt, & ab his cohortibus, quæ erant in statione ad portas defenduntur. Quibus rebus confectis, flens Petreius manipulos circuit, militesq; appellat, neu se, neu Pompeium absentem imperatorem suum aduersarijs ad supplicium tradant, obsecrat. Fit celeriter concursus in prætorium. Postulant, ut iurent omnes se exercitum, ducesq; non deserturos, neque prodituros, neq; sibi separatim à reliquis consilium capturos. Princeps in hæc uerba iurat ipse, ad idem iusiurandum adigit Afranium, subsequitur Tribuni militum, certurionesq;. Centuriatim producti milites idem iurant, edicunt penes quem quisque sit miles Cæsaris, ut producat: productos palam in prætorio interficiunt: sed pleriq; quos cœperant, celant, noctuq; per uallum emittunt. Sic terror oblatus à ducibus, crudelitas in supplicio, uana religio iusiurandi, spem præsentis deditiois sustulit, mentesq; militum conuertit, & rem ad pristinam belli rationem redegit. Cæsar milites aduersariorum, qui in castra per tempus colloqui uenerant summa diligentia conqueri, & remitti iubet. Sed ex numero Tribunorum militum, Centurionumq; nonnulli sua uoluntate apud eum remanserunt, quos ille postea magno in honore habuit.



re habuit. Centuriones, ampliorisq; ordinis equites Romanos in tribunitium restituit honorem. Premebatur Afranius pabulatione, aquabantur agere, frumenti copiam legionarii nonnulli habebant, quod dierum uigintiduorum ab Ilerda frumentum iussi erant efferre. Cetrati, auxiliaresq; nullam, quorum erant, et facultates ad parandum exiguae, et corpora insueta ad onera portanda: itaq; magnus eorum quotidie numerus ad Caesarem perfugiebat. In his erat Augustus. Sed ex propositis consiliis duobus explicitius uidebatur ad Ilerdam reuerti, quod ibi paululum frumenti reliquerant, ibi se reliquum consilium expleturos confidebant. Tarraco aberat longius, quo spatio plures rem posse casus recipere intelligebant. Hoc probato consilio, ex castris proficiscuntur. Caesar equitatu praemisso, qui nouissimum agmen carperet, atq; impediret, ipse cum legionibus subsequitur, nullum intercedebat tempus quin extremi cum equitibus praeliarentur. Genus erat hoc pugnae, expeditae cohortes nouissimum agmen claudebant, pluresq; in locis campestribus subsistebant: si mons erat ascendendus, facile ipsa loci natura periculum repellebat, quod ex locis superioribus qui antecefferant, suos ascendentes protegebant: cum uallis, aut locus decliuis suberat, neq; ij, qui antecefferant, morantibus opem ferre poterant, equites uero ex loco superiore in aduersarios tela conijciebant, tum magno erat in periculo res, tum inquirebant, ut cum eiusmodi esset locis appropinquatum, legionum signa consistere iuberet, magnoq; impetu equitatum repellerent: eo summo, repente incitati cursu, sese in ualles uniuersi dimitterent, atque ita transgressi rursum

Petreus Ilerdam  
reuerti statuit.

sus



sus in locis superioribus confisterent: nam tantū ab equi-  
 tum suorum auxilijs aberant, quorum numerum habe-  
 bant magnum, ut eos superioribus perterritos praelijs, in  
 medium reciperent agmen, ultroq; eos tuerentur, quo-  
 rum nulli ex itinere excedere licebat, quin ab equitatu  
 Caesaris exciperetur. Tali dum pugnatur modo, lentē, ac  
 paulatim proceditur, crebroq; ut sint auxilio suis, subse-  
 stunt, ut tum accidit: millia enim progressi quatuor, uehe-  
 mentiusq; peragitati ab equitatu, montem excessum ce-  
 piunt, ibiq; una fronte contra hostem castra muniant, ne  
 que iumentis onera deponunt. Vbi Caesaris castra posi-  
 ta, tabernaculaq; constituta, & dimissos equites pabulan-  
 di causa animaduertēte, sese subito proripiunt, hora cir-  
 citer sexta eiusdem diei, & spem naēti morae, discessu no-  
 strorum equitum, iter facere incipiunt. Quare animad-  
 uersa, Caesar relictis his legionibus, subsequitur, prae-  
 dio impedimentis paucas cohortes relinquit, hora deci-  
 ma subsequi, pabulatores, equitesq; reuocari iubet, cele-  
 riter equitatus ad quotidianum itineris officium reuertit-  
 ur: pugnatur acriter ad nouissimum agmen, adeo, ut pe-  
 nē terga conuertant, compluresq; milites, etiam nonnulli  
 centuriones interficiuntur. Instabat agmen Caesaris, atq;  
 uniuersum imminebat. Tum uero neque ad explorandum  
 idoneum locum castris, neque ad progrediendum data  
 facultate, consistunt necessario, & procul ab aqua, &  
 natura iniquo loco castra ponunt. Sed iisdem de causis  
 Caesar, quae supra sunt demonstratae, praelio non lace-  
 sit: & eo die tabernacula statui passus non est, quò pa-  
 ratiores essent ad insequendum omnes, siue noctu, siue  
 interdiu



interdū erumperent. Illi animaduerso uitio castrorum, tota nocte munitiones proferunt, castraq; castris conuertunt. Hoc idem postero die à prima luce faciunt, totumq; in eare diem consumunt, sed quantū opere processerant, & castra protulerant, tanto aberant ab aqua longius, & presenti malo alijs malis remedia dabantur. Prima nocte aquandi causa nemo egreditur ex castris. Proximo die presidio in castris relicto, uniuersas ad aquam copias educunt, pabulatum emittitur nemo. His eos supplices malis Caesar necessariam subire deditionem, quam praelio decertare malebat. Conatur tamen eos uallo, fossaq; circummunire, ut quammaxime repentinas eorum eruptiones demoretur, quò necessario descensuros existimabat. Illi & inopia pabuli adducti, & quo essent ad id expeditiores, omnia sarcinaria iumenta interfici iubent. In his operibus, consilijsq; biduum consumitur. Tertio die magna iam pars operis Caesaris processerat. Illi impediendæ rei, quæ munitionis causa fiebat, hora circiter octaua signo dato legiones educunt, aciemq; sub castris instruunt. Cæsar ab opere legiones reuocat, equitatum omnem conuenire iubet, aciem instruit. Contra opinionem enim militum, famamq; omnium uideri praelio diffugisse, magnum detrimentum afferebat, sed eisdem de causis quæ sunt cognitæ, quò minus dimicare uellet, mouebatur: atque hoc etiam magis, quòd spatij breuitas, etiam in fugam coniectis aduersarijs, non multum ad summam uictoriæ iuuare poterat. Non enim amplius pedū millibus duobus ab castris castra distabāt. Hinc duas parteis acies occupabant. Tertia uacabat, ad incursum, atq; impetū militū relicta, si præ



si praelium committeretur propinquitās castrorum ce-  
 rem superatis ex fuga receptum dabat. Hac de causa con-  
 stituerat signa inferentibus resistere, prior praelio nō la-  
 cessere. Acies erat Afraniana duplex, legio quinta et ter-  
 tia in subsidijs locum alariæ cohortis obtinebat. Cæsaris  
 triplex, sed primam aciem, quam ternæ cohortes ex quinta  
 legione tenebant, has subsidiariæ ternæ, et rursus aliæ to-  
 tidem, suæ cuiusque legionis subsequebantur: sagittarij,  
 funditoresq; media continebantur acie: equitatus latera  
*Acies instructa.* cingebat. Tali instructa acie, tenere uterq; propositū vi-  
 debatur. Cæsar, ut nisi coactus praelium nō committeret;  
 ille ut opera Cæsaris impediret. Producitur tamen res,  
 aciesq; ad solis occasum continentur. Inde utrique in ca-  
 stra discedunt. Postero die munitiones institutas Cæsar  
 parat perficere: illi uadum fluminis Sicoris tentare, si trā-  
 sire possent. Qua re animaduersa, Cæsar Germanos leuis  
 armaturæ, equitumq; partem flumen traiecit, crebrasq; in  
 ripis custodias disponit. Tandem omnibus rebus obfessi,  
 quartum iam diem sine pabulo retentis iumentis, aqua, li-  
 gni, et frumenti inopia, colloquium petunt, et id si fieri  
 possit, semoto à militibus loco, ubi id à Cæsare negatum,  
 et palam si colloqui uellent, concessum est, datur obsidis  
 loco Cæsari filius Afranij. Venitur in eum locum quem  
 Cæsar deligit. Audiente utroque exercitu loquitur Afrā-  
 nius, non esse, aut ipsis, aut militibus succensendum, quod  
 fidem ergo imperatorem suum Cn. Pompeium conserua-  
 re uoluerint: sed satis iam fecisse officio, satisq; suppli-  
 \*als, circum cij tulisse, perpeffos omnium rerum inopiam. Nunc uero  
 uentos. penè ut focminas\* circumunitos prohiberi aqua, prohibe-  
 ri in

Afranij cū Cæ-  
 sare colloquiū.  
 \*als, circum

ri in



ri ingressu, neque corpore dolorem, neque animo ignominiam ferre posse. Itaque se uictos confiteri, orare, atque obsecrare, si quis locus misericordiae relinquatur, ne ad ultimum supplicium progredi necesse habeant. Hæc quam potest demississime, atque subiectissime exponit. Ad ea Cæsar respondit, nulli omnium hæc parteis, uel querimoniae, uel miserationis minus conuenisse: reliquos enim omneis suum officium præstitisse, se, qui etiam bona conditione, et loco, et tempore æquo configere noluerit, ut quam integerrima essent ad pacem omnia, exercitum suum, qui iniuria etiam accepta, suisque interfectis, quos in sua potestate habuit, conseruari, et texerit: illius denique exercitus milites, qui per se de concilianda pace egerint, quæ in re omnium suorum uitæ consulendum putarunt, sic omnium ordinum parteis in misericordia constituisse: ipsos Duces à pace abhorruisse: eos, neque colloqui, neque induciarum iura seruasse, et homines imperitos, et per colloquium deceptos crudelissime interfecisse. Accidisse igitur his, quod plerunque hominibus nimia pertinacia, atque arrogantia acidere soleat, uti eò recurrant, et id cupidissime petant, quod pauloante contempserint: neque nunc se illorum humilitate, neque aliqua temporis opportunitate postulare, quibus rebus augeantur opes suæ, sed eos exercitus, quos contra se multos iam annos aluerint, uelle dimitti: neque enim sex legiones alia de causa missas in Hispaniâ, septimanque ibi conscriptam, neque tot, tantasque classes paratas, neque summissos Duces rei militaris peritos, nihil horum ad pacandas Hispanias, nihil ad usum Prouinciæ prouisum, quæ propter diuturnitatem pacis nul-

t lum



lum auxilium desiderarit: omnia hæc iam pridem cōtra se parari, in se noui generis imperia constituit, ut idem ad portas urbanis præsideat rebus, & duas bellicosissimas Prouincias absens tot annos obtineat: in se iura magistratū cōmutari, ne ex prætura, & cōsulatu, ut semper, sed per paucos probati, & electi in Prouincias mittantur: in se ætatis excusationē nihil ualere, quod superioribus bel-  
lis probati ad obtinēdos exercitus euocentur: in se uno nō seruari, quod sit omnibus datū semper imperatoribus, ut rebus feliciter gestis, aut cū honore aliquo, aut certe sine ignominia domum reuertantur, exercitumq; dimittant. Que tamē omnia, & se tulisse patientur, & esse latūrū: neq; nunc id agere, ut ab illis abductū exercitum teneat ipse, quod tamen sibi difficile non sit: sed ne illi habeant, quo cōtra se uti possint. Proinde, ut esset dictum, Prouincijs excederent, exercitumq; dimitterent, si id sit factum, nociturū se nemini: hanc unā, atq; extremā pacis esse conditionem. Id uero militibus fuit pergratū, & iucundum, ut ex ipsa significatione potuit cognosci, ut qui aliqui uicti incommodi expectauissent, ultrò inde præmium missionis ferrent. Nam cum de loco, & tempore eius rei cōtrouersia inferretur, & uoce, et manibus uniuersi ex uallo, ubi constiterant significare cœperunt, ut statim dimitterentur, neque omni interposita fide firmum esse posse, si in aliud tempus differetur. Paucis cum esset in utraque partem uerbis disputatum, res huc deducitur, ut ij qui habeant domicilium, aut possessiones in Hispania statim reliqui ad Varum flumen dimittantur: nequid eis noceatur, ne ue quis inuitus sacramēto cogatur a Cesare, com-  
tur.



tur. Cæsar ex eo tēpore dum ad flumē Varum ueniat, se frumentū daturū pollicetur. Addit etiā, ut quid quisq; eorū in bello amiserit, quæ sint penes milites suos, ijs qui amiserint restituatur: militibus, æqua facta æstimatione, pecuniā pro his rebus soluit. Quascūq; postea cōtrouersias inter se milites habuerāt sua spōte ad Cæsarē introduxerūt. Petreius, atq; Afranius, cum stipendiū ab legionibus penē seditione facta flagitaretur, cuius illi diē nondū uenisse dicerent Cæsar ut cognosceret, postulatū est. Eoq; utriq; quod statuit, cōtenti fuerūt. Parte circiter ter tia exercitus eo biduo dimissa, duas legiones suas antecedere, reliquas subsequi iussit, ut non longo inter se spatio castra facerent, eiq; negotio Q. Fufium Calenū legatum præfecit. Hoc eius præscripto ex Hispania ad Varum flumē est iter factū, atq; ibi reliqua pars exercitus dimissa est.

## C. IVLII CAESARIS

COMMENTARIORVM

DE BELLO CIVILI

LIBER

SECUNDVS.



VM HÆC In Hispania gerūtur, C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationē Massiliæ relictus erat, duabus ex partibus aggerē, uineas, turresq; ad oppidum agere instituit: una erat proxima portui, naualibusq; altera ad partem, qua est aditus ex Gallia, atque Hispania ad id mare, quod adigit ad bo-

C. Trebonius  
Massiliam op-  
pugnat.

t 2 flumē